



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

X. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich von Bellingen mit Besitzungen in
Giesenbrügge, am 25. Juni 1333.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

mulieres, eius sepulture sub pena VI denariorum interesse tenebuntur, nisi rationibus jam scriptis absens se poterit expurgare. Item nullus fratrum prefate fraternitatis dicta missa et funere sepulto debet abire, nisi prius audierit, si aliqua fuerint facienda aut tractanda siue recitanda suis a magistris, nisi de licencia abierit speciali. Item quocumque et quocumque congregatio seu conuocatio facta fuerit fratrum prescriptorum et si aliquis in ipsa conuocatione seu congregacione verbis aut factis exceßerit, talis excessor tres solidos brandenburgenfium denariorum minus uno denario erogabit suo pro excessu. In huius rei evidens testimonium et robur perpetuo valiturum Nos consules ciuitatis Soldynensis presentes litteras conscribi fecimus et sigilli jam dicte ciuitatis roborauimus munimento. Actum et Datum Anno domini Millesimo Trecentesimo XXVI^o, Dominica proxima ante Galli et Iohannis confessorum beatorum.

Auf der Rückseite: Illi fuerunt inceptores et inventores atque primi dictatores huius fraternitatis advenarum, arnoldus bernsten, arnoldus faber, nycolaus de grüneberg, hen. wildenow et thydericus, notharius ciuitatis, presentis Editor atque scriptor.

Nach dem Originale im Besitz der Stadt Soldin.

X. Markgraf Ludwig befehnt Heinrich von Bellingen mit Besitzungen in Giesenbrügge, am 25. Juni 1333.

Anno domini M. CCC. tricesimo tertio, in crastino beati Iohannis Baptiste, in Lippen. Contulimus Heinrico de Bellingen et petro, eius filio, sex frusta denariorum et nouem frusta in Gyfenbruke villa, sub antiquo iure, quo marchio woldemarus sibi dicta bona contulit.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XI. Markgraf Ludwig befehnt Miniko von Piritz, Heinrich Münch und Eckard von Kirgow mit dem halben Schulzenamt zu Soldin, am 31. August 1333.

In vigilia beati Egidii Contulimus Minikoni de Piritz, Heinricho dicto Münch, Eckardo de Kirgow et eorum heredibus, ciuibus in Soldin, medietatem officii scultetatus siue prefecture ciuitatis predictae cum omnibus suis pertinentiis, Juribus tamen nobis in eodem competentibus omnimode reseruatis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.).